



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

186. Parabola vigesima nona, Locatæ vineæ, cujus conductores occiderunt servos & filium heri.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

in regnum Dei. Venit enim ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei: publicani autem, & meretrices crediderunt ei: vos autem videntes nec poenitentiam habuistis postea, ut crederetis ei. *Matth. 21. v. 31. & 32.*

MEDITATIO CLXXXVI.

Parabola XXIX. Locata vinea, cuius conductores occiderunt heri servos & filium.

I. **A**liam parabolam audite. *Matth. 21. v. 33.* Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc. *Luc. 20. v. 9.* Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam, & sepepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificavit turrim, & locavit eam agricolis, & peregre profectus est. *Matth. 21. v. 33. Marc. 12. v. 1.* Et ipse peregre fuit multis temporibus. *Luc. 20. v. 9.*

II. Cùm autem tempus fructuum appropinquasset, *Matth. 21. v. 34.* misit ad agricolas servum, ut ab agricolis acciperet de fructu vineæ. *Marc. 12. v. 2.* Vt de fructu vineæ darent illi. *Luc. 20. v. 10.* Qui apprehensum eum ceciderunt. *Marc. 12. v. 3.* Qui cæsum dimiserunt eum inanem: *Luc. 20. v. 10. vacuum. Marc. 12. v. 3.*

III. Et

D. N. IESV CHRISTI. 171

III. Et iterum misit ad illos alium ser-
vum. *Marc. 12. v. 4.* Addidit alterum ser-
vum mittere: *Luc. 20. v. 11.* & illum in
capite vulneraverunt, & contumelijs affe-
cerunt; *Marc. 12. v. 4.* & dimiserunt inanem.
Luc. 20. v. 11.

IV. Et rursum alium misit. *Marc. 12. v. 5.*
Addidit tertium mittere: qui & illum
vulnerantes eiecerunt. *Luc. 20. v. 12.* Et il-
lum occiderunt; & plures alios: quosdam
cædentes, alios verò occidentes. *Marc. 12.
v. 5.* Agricolæ, apprehensis servis ejus, ali-
um ceciderunt, alium occiderunt, alium ve-
rò lapidaverunt. Iterum misit alios servos
plures prioribus: & fecerunt illis similiter.
Matth. 21. v. 35. & 36.

MEDITATIO CLXXXVII.

Vnici filij trucidatio.

I. **A**Dhuc ergo unum habens filium cha-
rissimum, *Marc. 12. v. 6.* dixit do-
minus vineæ: Quid faciam? mittam filium
meum dilectum: forsitan, cùm hunc vide-
rint, verebuntur. *Luc. 20. v. 13.* Et illum
misit ad eos novissimum, dicens: Quia re-
verebuntur filium meum. *Marc. 12. v. 6.*

II. Agricolæ autem videntes filium

H 2

Matth. 21.